11

Sala 1 Leg. 361/2 Doc. 58.

1

Alfonsus Dey Gratia Rex Aragonum Cicilia citra et ultra
farum, Valentie Hierusalem Hungarie, Majoricas Sardinie
et Corcice comes Barchinone dux Athenas et neopatrie ac etiam Comes
Rossilionis et Ceritanie. Vener. in Xpo patri Cu. Epo elnen. et
dilectis nostris eius Vicariis et officialibus salutem et dilectione.
Fuit ex querela a Bassiato ville nre Perpiniani et procuratore nri
fisci nobis Innotuit q. Cr. que homines Universitatis eiusdem
ville eiusq. habitatores sunt et esse consueverunt In antiqua et poces-
sione seu quasi et plena exemptione et libertate non prestandi vel
soluendi primiciam et decimam de oliuis, lignis, herbis, pratis
ortis et lanis et tanto tempore citra quod hominum memoria in
contrarium non existit tum quod ex hoc in ecclesiasticos quoscumque
ut huiusmodi decimam et primiciam nullo unquam tempore efficaci-
ter petere aut Jure exhigere possint Jus constituti apartum est
et legitima prescriptione roboratum In esse deductum hijs tamen
non obstantibus nec etiam obstante quod huiusmodi primicis
hi et decime rei mere profane sunt temporales et de realenco
vos hua liquis vestrum aliquibus ex dictis ecclesiasticis regi
rentibus et dictam prestatione exposcentibus homines et
habitatores predictos super eisdem decima et primiciis
trahere nitimini coram vobis In eorum Graue dispendium
et Justicia lesione usurpacionem quoque et preiudicium
regie nre Jurisdictionis et Juris. Supplicatum Igitur nobis super
his debite providere Quia Juxta pragmaticas sanctiones privilegia

GOBIERNO DE ARAGON

literas et alia regia Edicta ad Quorum promulgationem nostri predecessores dive memorie Maturis et solempnibus consiliis previ
venerunt cause huiusmodi decimarum et premissiarum praelo quam
in seculari Judicio tractari non possunt vel super eis Jud
dici cum Attenta longissima possessione seu quasi allegata
que si tanti temporis est vim dicetur habere Constituti
in qua possessione seu quasi manu teneri debent dicti Domi
ne et habitatores Illorum tueri volumus et manu teneri jubemus
la propter volentes Indempnitati nostrorum Jurium et sub
iectorum debite providere contextu presentium jubemus
et decernimus hisque vos requirimus et hortamur quatenus visis
presentibus nec sit mora ab examinatione et totali Cognitione
incohatis dictorum decime et primitie penitus desistatis et de proce
dendo nullatenus super dictorum decime et primitie cognitione et exami
natione deffinitione in futurum vos intromitatis. Alioquin hu
iusmodi honore Serenissime Regine marie Consorti et locum
tenenti nostre Generali nostrum super his declaramus Intentum Cui
volumus disponimus et ordinamus Gubernatori vero Rossilionis
et Ceritanie vicario Rossilionis et Vallispirii et aliis officia
libus ad quos spectet dicimus et mandamus scienter et Consulte
sub pena Quinque milium florenorum de Aragonia officiorumque
eis Comissorum privatione quatenus nisi incontinenti a cognitio
ne predictorum incoatorum aut innovandorum et Regie Jurisdictionis
perturbatione desisteritis quod nullatenus opinamur ex templo

ad occupationem vestras temporalitatum et bonorum eorundem
omnium sine aliqua protestatione procedit contra occu
patores usurpatores jurisdictione nostra et deffalcarum
est procedi a suetum juxta stilos curie dicti vicarii pro
cedant que tandiu duret donec et quousque hujusmodi pre
videntiam plenarie fuerit reintegrati Et contrarium non fa
ciatis nec faciant ratione aliqua sive causa quanto
predicta Ill.ma Regina nobis complacere vos et pius
et alie persone ecclesiastice nobis servire ac eius offi
ciales nostri predicti gratiam nostram charam habent
gi et indignationem ac penam predictam cupitis se
irremissibiliter non subire Dat in nostris felicibus
castris apud albarellum aque vive die vicesimo mensis
marcij anno a nat. d. M.o quadringentesimo quadrage
simo octavo Rex Alffs.

In comuni m.o — V. bba Vic.

Copia huiusmodi sumpta fuit a libro viridi minori domus consulatus
ville Perpiniani in quo predicta scripta et registrata reperiuntur et
cum eodem libro veraciter collata per me Hieronymum Dalci apostolica
et regia ac generali auctoritatibus notarium publicum dicte ville scribam
maiorem domus predicte consulatus et consilii ... dicte
ville et ut ipsi copie aliena mihi fida manu scripte in judicio
et extra plena detur fides ego idem notarius et scriba predictus hic
me subscribo et meum solitum artis notarie appono atque
subiicio sig... ...num (.) hic



Pvisio Regis alfonsi
super decimis et primi
cijs

GOBIERNO DE ARAGON